B. P. L. 885

Joh. Polyander a Kerckhoven

ad Const. Hugenium patrem

cop.

ACAD.
LUGD. BAT.
BIBL.

E Codice Parisino Nouv. Acq. Lat. 1554 p. 96.

Vir Nobilissime atque Amplissime,

Ob diuturnam tuam absentiam T^ae^ N! coram pro exemplari scripti tui de usu organorum musicorum in templis ad me misso, nondum gratias agere potui. Tametsi diversae de hoc argumento sint nostrorum Theologorum orthodoxorum sententiae, experientia tamen testatur, quod propterea funem acerbae contentionis alii contra alios in hac provincia trahere nolint.

Hunc egregium atque eruditum S. Theologiae candidatum Theodorum Auwerchium Vesaliensem Illustrissimi ac Celsissimi nostri Principis Auriaci favore dignissimum rogo ut oblata occasione illustrissimae eius Celsitudini unicae commendes. Hodie theses meas Anti-Socinianas docte solide ac magna cum laude sub publico meo praesidio defendit. Bene vale in Domino nostro Jesu Christo. Raptim Leidae 30. Octobris 1641.

T. N. A.
addictissimus
Joh. Polyander a Kerckhoven.

Nobilissimo atque amplissimo
viro
D. a Suylechem, Illustrissimo ac Celsissimo Principi
Auriaco a Secretis
Hagae Comitis

Descripta m. Mart. 1900

B. P. L.
885.